

291.

Serenissime ac Potentissime Rex
Honoratissime Domine Consanguinee, Fili et Compater.

N^o 78.

Transmissa Nobis sunt à Regis Borussia Majestate Infantia-
les, sive litera dehortatoria à Sacra Regia Majestate Vestra,
ad Illustrissimum Curlandia Ducem sub finem mensis elapsi, Warsovia
exarata, et quarum adjuncta copia libentissime intelleximus, Sacram
Regiam Majestatem Vestram ad preces et querelas ad Eandem in nego-
tiis nostris Curlandicis, nomine nostro perlatas modo memorato Duci,
authoritate Sua Regia serio mandasse, ut procul habita omni facti
et violentia via, Nos bonis et Praefecturis, ob non restitutam dotem
Doni Nuptialis nec soluta sortis Capitalis, justissimo Dotalitii et
Crediti Titulo, Nobis Jure hypothecario, consensu et Confirmatione
Johannis Tertii quondam Regis, et Inclijta Republica Polonia, inscrip-
tis in posterum quiete frui, et si perfecta cum Nobis Liquidatione litem
hanc privata transactione, componi non posse, acciderit, causam totam
authoritate Sacrae Regia Majestatis Vestrae ex supereminenti et
fendi directi Dominio Ipsi, et Reipublicae competenti, decidi-
sinatur.

Quantum perlectis hisce Mandatis ad alte dictum Ducem Cur-
landia datis acquieverimus, Sacra Regia Majestas Vestra vel ex eo
solo cognoscere poterit, dum in re tam ardua et prateriti tempo-
ris perceptorum damnorum memores, animum ob jacturas hasce
adhuc imbecillem, ab omni sollicitudine futurorum abducere, grave
Nobis fore, Ipsamet Memoraverit. Nec vero vanas
Nos Timoris et suspitionis hujus causas habuisse, existimamus,
cum non una ex parte Nobis nuntiatum fuerit, Praefactum
Ducem Curlandia id sibi sumpsisse, ut ratione honorum, Nobis
in Curlandia oppigneratorum, non minimum afferat praesudicium,
Et inter
Cccc

et inter alia luculento ejus rei testimonio sint, quod
 met Dux huc temporis ad rationes cum Nobis ineundas, postu-
 litis omnibus enixissimis nostris precibus, et admonitionibus
 Eadem ex Parte nostra factis, commoveri non potuerit.
 Attamen cum hac unica nos nunc sustentet consolatio, Sacrae
 Regiae Majestatis Vestrae in Administranda Justitia, par-
 tibus nostris non defutura et nostro solatio, quae sit Regi-
 sae Justissima Voluntas instantialibus ad Illustrissimum
 Ducem Ferdinandum scriptis, abunde exposuerit.

Idcirco Regiae Majestati Vestrae pro hac singulari beneficentia
 et in nos collocata gratia, decentes referendas gratias esse, No-
 strarum partium Duximus, Eandem obsequiosi rogantes, Res haec
 nostras sibi prouti Justitia et aequitas postulat, ulterius com-
 mendatas habere, atque easdem si opus fuerit auctoritate
 sua et Reipublicae adjuvare dignetur.

De cetero Regiae Majestati Vestrae diuturnam incolumitatem
 et quosvis rerum prosperissimos successus, animatus apprecamur.
 Dabatur in aere Nostra Elisabethenburgi, die prima Mensis De-
 cembrii. 1713.

Sacrae Regiae Majestatis Vestrae

Obsequiosissima Consanguinea

Et Soror.

Elisabetha Sophia Margg-
 rita

Brandenburgica, Vidua

Ad
 Regis Poloniae Majestatem.

Lijona Kurianerka
1 Xbri 1713

Serenissimo ac Potentissimo Principi, Domino
Friederico Augusto, Regi Polonia, Magno Duci Lithua-
nia, Russia, Prussia, Masovia, Samogitia, Kyovia, Volhynia
Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenskia, Severia, Bernie
choviadz, Duci Saxonie, Julie, Clivia, Berge, Westphalie
Sacri Romani Imperii, Archimareschallo et Electori
Landtgravo Thuringia, Marchioni Misnia, Superioris,
ac Inferioris, Lufatia, Burggravo Magdeburgico, Prin-
cipi Comitatus Hennebergici, Comiti de Marca et Ra-
vensburg, Dynasta in Ravensstein. Domino Consangu-
neo, Filio et Compatri suo honoratissimo.

Warsoviam